AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bibit & filii eius & pecora eius. De hac aqua uiua dare mihi non potes. qua hau
riorum non habes. Forte aliunde fontem promittis. Patre nostro melior esse potes.
qui hunc puteum fodit. Et ipse cum suis usus est eo. Dns igitur dicat. quid diceret
aqua uiua. Respondit ihc. & dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet
iterum. qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. s. aqua quam ego
dabo. fiet in eo fons aquae salientis in uitam eternam. Aperte locutus est dns. fiat
in eo fons aquae salientis in uitam eternam. Qui biberit de aqua ista non sitiet
in eternum. Quid euidenter. qui non aqua uisibile. s. in uisibile promittebat.
Quid euidenter. qui non carnaliter. s. spiritaliter loquebatur. Adhuc tamen illa mu
lier carnem sapiit. delectata est nisiture. & putabat hoc secundum carnem
promissum esse sibi a domino. quod quidem fiet. s. in resurrectione mortuorum. Iam
hoc uolebat. Dederat enim dns aliquando seruo suo helie. ut per qua
draginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare per qua
draginta dies. non potuit dare semper. Suspirabat tamen illa. nolens
indigere. nolens laborare. assidue uenire ad illum fontem. onerari
pondere quotidiano. supplereret. Infinito quod hauserat rursus re
dire cogebatur. & cotidianus ei fuit iste labor. qui indigentia illa
reficiebatur. non extinguebatur. Delectata igitur tali munere. rogat ut
aquam ei uiuam daret. Veritatem non precatur. quo dns spiritale aliquid
promittit. Quid est quod biberit de hac aqua sitiet iterum. Et uerum est secundum
hanc aquam. Iuerum est secundum quod significabat illa. Et enim aqua in pu
teo. uoluptas seculi est in profunditate tenebrosa. Hic eam hauriunt ho
mines. ydria cupiditatis. Cupiditate quippe prius submittunt
ut ad uoluptatem haustam de profundo puenuant. & fruantur uoluptate
precedente. & premissa cupiditate. Nam qui non premisit cupiditatem.
puenire non potest ad uoluptatem. Pone igitur ydriam cupiditatem. In aquam
de profundo uoluptatem. Cum puenerit quisque ad uoluptatem seculi huius.
cibus est. potus est. lauacrum est. spectaculum est. cubitus est. nunquid non iterum sitiet.
Ergo de hac aqua quod biberit inquit iterum sitiet. si autem acceperit a me aquam.
non sitiet iterum. Saciabimur inquit in bonis domus tue. De qua igitur aqua datu
rus est. non de illa de qua dictum est. apud te fons uitae. Nam quomodo sitient qui inebri
abuntur abundantia domus tue. Promittebat igitur saginam quandam & sacietatem
spiritalem sci & illa nondum intelligebat. Non intelligens. quid respondebat.
Dicit ad eum mulier. Dne da mihi hanc aquam ut non sitiam. neque uenam huc
haurire. Ad laborem indigentia cogebat. & laborem infirmitas